p ul dicitio et vltus p vltus
linguistis ul vltus fm aut vltus
at p quia delectabile vltus et factis
vltus i ludo et vltus fm dicitio
vltus vltus p dca eutopologia et
vltus i ludo et vltus vltus
Et vltus eutopologia et qz ad vltus
vltus dca vltus q e vltus p pup
habudantia et ludo et vltus vltus
homolant a homos q e vltus et
vltus q e raptor et dca ad vltus
vltus q vltus im aras vltus
i quibz vltus vltus ut vltus
vltus et dca de vltus q dca
et ludo qz p dca ad hoc q vltus
ul fm vltus i ludo vltus

hō passioē i hō q̄ aliquis tristit^r
 de prosperitate d malicia a gau
 diat de prosperitate i bono z q̄
 onedictas vocat^r nempe Et hū
 ca vocat^r nempe **Contumeliosus**
 aut i potmo sup habudanti q̄
 ut ai q̄ tristit^r d oibus q̄ prope
 rant^r pue bonis pue malis z hū
 sup habudanti vocat^r iudea z hū
 ca vocat^r iudus **Contumeliosus** aut
 i defectu e q̄ i i tantū defect
 i lastando ut eia gaudiat de ma
 lis q̄ i sua malicia prosperat^r z
 hū malicia vocat^r epicaecheia
Laethos eia gaudes d^r catthos ma
 lid ar p^r dicit^r gaudiu de malo
Uf sciendū q̄ p^r dicit^r dicit^r
 aristoteles dicit^r i q̄o ethico de
 epiceia virtute Et i q̄o ethico de
 de herona virtute ubi intelligēdū
 q̄ epiceia d^r virtus directia iusti
 legalis z q̄ actū hūm iū hū or
 moda iustitiae z uniformē sē
 pul variabiles multos modis z q̄
 nullū legislator q̄ pūde vob^r rā
 z q̄ dicit lege i iustitiali hū
 iū vba legis aiq̄ moderada sū
 iūterione legislatoris z lex iude
 nō sū vba suanda ut iū yū
 dū data lex q̄ iustitū p̄ reddē
 dū deponit illius aut deponit gla
 diū z iūca essent^r fuerit z gladiū
 deponit deponit dicit^r hū q̄ lex
 d^r hūa sū vba legis vete nō
 q̄ sū iūterione legislatoris q̄ sū
 ut i q̄o capū nullo redderet^r vū
 q̄ q̄ fact^r ut d^r a legis sū iūterione
 legislatoris fuerit d^r epiceia
 hū virtū d^r epiceia **Uf**
 q̄ virtus directia iusti legalis et
 appat iustitū ai nō dū vōtū
 pūit ut iustitū appūat^r pūatū
 aut ad virtū erōtū faciendū
 q̄ iū hūa d^r media ut dicit^r

quibz sicut p̄ intellm̄ z malia budo
 quibz sicut i pona p̄p̄tia dicit^r q̄
 i q̄o aiq̄ affectioē p̄p̄tia p̄p̄tia
 corūpū^r usq̄ ad p̄p̄tia bescit^r
 z q̄o vocat^r bestialitū **Uf** dicit^r n
 dū hūaie malice ita eia d^r hū
 p̄ vōtū p̄p̄tia vōtū q̄o modū
 hūaie affectioē q̄ i p̄p̄tia p̄p̄tia
 p̄p̄tia z hū vōtū vōtū erōtū z
 dūa q̄ iūo dicit^r z dūo hūo
 fuerit opū **Uf** dicit^r dū vōtū
 erōtū iūo dicit^r dūo hūo
 iūo quō dicit^r dūo hūo
 ita p̄ q̄ iūo modū tenet iūo
 hū vōtū z sūo p̄p̄tia vōtū
 p̄p̄tia p̄p̄tia **Uf** p̄ erōtū
 virtū attingit q̄ i p̄p̄tia p̄p̄tia
 vōtū bestialitū q̄ i iūo hūo
 q̄ i medio iūo p̄ vōtū hūo
 vōtū q̄o p̄p̄tia erōtū iūo
 erōtū iūo q̄ vōtū op̄tū dū
 malicia p̄ p̄p̄tia bestialitū ut
 iūo ethico **Uf** q̄ p̄p̄tia
 virtū moralū iūo vōtū op̄tū
 iūo iūo p̄p̄tia p̄p̄tia q̄ z laudab
 les dū z iūo modū q̄p̄tia de
 quibz ad p̄p̄tia p̄p̄tia dū

Et sic est finis de virtutibus
 moralibus



capitulum de
imitatione
omnium
sanctorum



Deus dicitur
quod
vult
miserari
peccata
et ab omni
peccato liberari
ma igne
in vultu
Dicitur
omnis
habet
in manu
et omni
et frequenter
piscis
omne
habet
de plene
omni
ut totum
sicut
de civitate
et mercatoribus

**Incipit devotus tractatus
De imitatione xpi. De
conceptu omni vanitatu
Capitulum primum. In mundi.**



Obi sequitur
me non
ambu-
lat in
tenebris.

diat dominus. **I** sunt verba
christi quibus ammonemur
ad vitam eius et mo-
res imitemur: si ve-
limus veraciter illumi-
ari et ab omni cecitate
cordis liberari. **S**um-
mum igitur studium nostrum
sit in vita ihesu medi-
tari. **D**octrina christi omnes
doctrinas precellit: et qui
spiritum haberet abscondi-
tum ibi manna invenit.
Sed contingit quod multi
et frequenti auditu ew-
angelii. primum desiderium
sentiant: quia spiritum christi
non habent. **Q**ui autem
vult plene et sapienter
verba intelligere: op-
ortet ut totam vitam suam
illi studiat conformare.
Quid prodest tibi al-
ta de civitate disputare
si careas humilitate vni-

displiteas civitati. **V**ere
alta verba non faciunt san-
cti et iusti: sed virtuosa vi-
ta efficit deo carum. **H**omo
magis sentire compunctioem
quam scire eius diffinitionem.
Si scires totam bibliam
exteriorius et omni phororum dicitur
quid totum prodesset sine ca-
ritate et gratia. **V**anitas va-
nitatum et omnia vanitas: propter
amare deum et soli vivere. **I**sta
est summa sapientia: per ad-
eptionem mundi tendere ad reg-
na celestia. **V**anitas igitur
est divitias vitas querere:
et in illis sperare. **V**anitas
quoque est honores ambire:
et in altum se extollere. **V**a-
nitas est carnis desideria
sequi: et illud desiderare
unde postmodum graviter
oportet puniri. **V**anitas est
longam vitam optare et de
bona vita curare parum.
Vanitas est presentem vitam
solum attendere et que futu-
ra sunt non providere. **V**anitas
est diligere quod cum omni
celsitate transit: et illic
non festinare ubi semper
ternum gaudium manet. **M**e-
mento illius frequenter pro-
verbii: quia non faciatur
oculo visu nec auro imple-
tur: auditu. **S**tude ergo cor

LAIDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DASSEL DORF

tuum ab amore visibilium
abstrahere: et aduisibi-
lia te transferre. ~~Non~~
~~ferre~~ sequentes sua sensua-
litate. maculant con-
scientiam et perdunt dei
gratiam. **De humi scire**

Omnis homo na-
turaliter scire de-
siderat sed scientia sine
tore dei quid importat?
Melior est profecto humilis
rusticus qui deo fuit: quam
supbus philosophus qui se neg-
lecto cursu celi considerat.
Qui bene semper cognos-
cat sibiipsum vilescit nec lau-
dibus delatatur humanis. Si
scire omnia que in mundo
sunt et non essem in carita-
te quid me iuuaret coram
deo qui me iudicaturus
est factus. **Quiesce a mi-
nimo sciendi desiderio: quia
magna ibi inuenitur
distractio et deceptio. Sci-
entes libenter volunt vide-
ri: et sapientes dia multa
sunt: que scire parum
uel nihil aut profunt.**
Et valde insipiens est
qui aliquibus intendit
quia hijs que saluti sue

desunt. **Multa ver-
ba non faciunt diu: sed
bona vita refrigerat
mentem: et pura con-
scientia magna prestat
ad deum confidentiam. In-
to plus et melius scis:
tunc quibus inde uidi-
caberis: nisi sanctius
vixeris. Noli ergo ex-
tollere de vana arte uel sci-
entia: sed potius time
de data tibi noticia.**
Si tibi videtur quod multa
scis et satis bene intel-
ligis: scito tamen quia
sunt multa plura que
nescis. Noli autem sape-
re: sed ignorantiam
tua magis fateri. Ad-
te vis aliam preferre
cum plures doctores te
inueniantur: et magis
in lege periti. Si vis
utiliter aliquid scire et
discere: ama nescire et
pro nichilo reputari.
Hec est altissima et v-
tilissima lectio: sumpsit
vera cognitio et despera-
tio. De seipso nichil
tenere: et de alijs bene
et alte semper sentire:
magna sapientia et profectio.

Si videris aliquē aper-
te peccare uel aliqua
grauia peccare. non
deberes te tamē meli-
orem estimare: quia
nescis quā diu possis in
bono stare. Omnes fan-
giles sumus sed tu nemi-
nem fragiliore tempo-
tenebis. **De doctrina
veritatis. Cap. iii.**
Hic que veri-
tas per se docet
non per figuras et vo-
ces transeuntes: sed si-
cuti se habet nra opio
et noster sensus sepe
nos fallit: et modicū
videt. Quid prodest
magna caullatio de
ocultis et obscuris re-
bus de quibz non ar-
guemur in iudicio quā
ignoramus. Grandis
insipientia est quā neg-
lectis vtilibz et neces-
sariis: vltro intēdimo
curiosis et dampnosis
Vaulos hñtes non vi-
demus. et quid cure no-
bis de generibz et spe-
ciebus. Qui eternum
verbū loquitur a mil-
tis opinionibus erpe-

ditur ex vno verbo om-
nia et vnū loquuntur
omnia et hoc est principū
quod et loquitur nobis
Nemo sine illo intelli-
git aut recte iudicat. Qui
omnia vnū sūt. et oīa
ad vnū trahit. et omnia
in vno videt. pōt stabili-
lis corde esse: et in deo
pacificus permanere. **V**
eritas deus: fac me v-
num teū in caritate pe-
tua. Tendet me sepe mul-
ta legere et audire: in te
totū est quod volo et desi-
dero. Taceant oēs docto-
res. sileant vniuersę cre-
ature in conspectu tuo tu-
mū loquere solus. **E**nī
tō magis aliquis sibi vni-
tus. et interius simplifica-
tus fuerit. tanto plura
et alia sine labore in-
telligit: quia desuper lu-
men intelligentie accipit.
Purus simplex et stabi-
lis spūs in multis ope-
ribus non dissipatur.
quia omnia ad dei hono-
rem operatur. et in se
ociosus ab omni propria ex-
quisitione esse nitit. **V**er-
te magis impedit et mo-

lestat q̄ tua imortificati
affectio cordis: **B**onus et de
uotus homo opera sua p̄
us intus disponit: que
foris agere debet nec illa
trahūt eū ad desideria vi
ciose inclinationis: sed
ipse inflectit ea ad arbi
trū recte rationis. **H**uius
habet foris certamē q̄
qui nititur vnicui seipm̄:
Et hoc deberet esse negotiū
nr̄m vnicui videlicet seipm̄.
et cotidie forciori seip̄o fie
ri: atq; in melius aliquid
proficere. **O**mnis perfectio
in hac vita quandā imp
fectionem sibi habet ane
am: et ois speculatio nr̄a
quandā caligine non caret.
Hūilis tui cognitiō cert
ior via est ad deū. q̄ profū
da sciencie inquisitiō. **N**ō
est culpanda scia aut que
libet simplex rei notitia
q̄ bona ē in se considera
ta et a deo ordinata. sed
preferenda est semper
bona conscia et virtuo
sa vita. **Q**uia vere plu
res magis student scire
q̄ bene viuere. **I**deo sepe
errant: et pene nullum
uel modicū fructū ferūt

Si tantam adhiberent
diligentiā ad extirpā
da vicia et virtutes in
serendū scia ad mouen
das questionēs non fie
rent tanta mala et scā
dala in populo: nec tā
ta dissolutio in cenobis.
Certe adueniente die
iudicij. non queretur
a nobis quid legimus
sed quid fecimus nec
q̄ bñ diximus sed q̄ reli
giose viximus. **D**ic mi
chi vbi sūt modo om
nes illi dñi et m̄gr̄i q̄
bene nouisti dū adhuc
viuerent. et in studiis
florebant: **J**am eorū
prebendas alij possi
dent: et nescio vtrū
de eis recognoscant. **I**n
vita sua aliquid vi
debant: et modo de il
lis tacet. **Q**uā cito
transit gloria mūdi v
tina vita eorū scien
cie ip̄orū concordas
set: tūc bene studuis
sent et legissent. **M**ulti
pereunt per
vanā scienciā in se
culo: qui parū curāt
de dei seruicio. **E**t q̄

magis eligunt magni
 esse q̄ humiles. Ideo
 euanescent in cogita
 tionibus suis. Vere
 magnus est qui in se
 magnam habet cari
 tatem. Vere magnus
 est qui in se parus
 est. et pro nichilo om
 ne culmen honoris
 duat. Vere prudens
 est: qui omnia terre
 na arbitrat ut ster
 cora ut xpm lucrifa
 ciat. Et vere bene
 doctus est: qui dei vo
 luntatem facit et sua
 voluntatem relinquit.

De prudentia i agendis

Non est credendum
 omni verbo nec
 instanti: sed caute
 et longanimitate res
 est secundum deum po
 deranda. Prochdo
 lor sepe malum facit
 q̄ bonum de alio cre
 ditur et dicitur: ita
 infirmus sumus. Sed
 per facti viri non facile
 credunt omni enar
 ranti: quia sciunt hu
 manam fragilitate
 ad malum proclua
 et in verbis satis la
 bilem. Magna sapi
 encia non esse pre
 cipitem in agendis:

nec pertinaciter in proprijs
 sensibus stare. Id hanc
 etiam non p̄met quibus
 libet hominum verbis cre
 dere: nec audita uel credi
 ta mor ad aliorum aures
 effundere. Cum sapiente
 et consuetos viro con
 silium habe et quere potius
 a meliore instrui: q̄ tuas
 adiuuaciones sequi. Bona
 vita facit hominem sapi
 entem s̄dm̄ deū: et exptū
 in multis. Quanto quis
 in se humilior et deo subiec
 tior tanto in omnibus erit
 sapientior et pacatior etc.

De electione sacre scripturae

Veritas est in scriptu
 ris sanctis queben
 da: non eloquentia. Om
 nis scriptura sacra ex spu
 debet legi: quo facta est
 querere debemus potius
 utilitatem in scripturis
 q̄ subtilitatem sermonis
 Ita libenter deuotos et sim
 plices libros legere debem⁹:
 sicut altos et profundos
 Non te offendat auctoritas
 scribentis vtrū parue uel
 magne lratūre fuerit: s̄
 amor pure veritatis te tra
 hat ad legendum. Non
 queas quis hoc dixerit
 sed quid dicatur attende
 homines trāseunt sed ve
 ritas domini manet inet
 num. P̄ne p̄sonarum ac

reptione varijs modis lo-
quitur nobis deus. Curio-
sitas nostra sepe nos im-
pedit in lectione scriptu-
rarum cum volumus intel-
ligere et discutere ubi si-
mpliciter esset transeundum.
Si vis profectum haurire.
lege humiliter simpliciter
et fideliter: nec unquam ve-
lis habere nomen scientie.
Interroga libenter: et au-
di tacens verba sanctorum:
nec displiceant tibi pa-
bole sanctorum. Dime cau-
sa non enim proferuntur.

**De iordianis affecti-
onibus Capitulum vi**

Quando cumque homo
aliquid iordinate
appetit. scitum in se inquie-
tus fit. Superbus et a-
uarus nunquam quiescunt. pau-
per et humilis spiritus in multa-
tudine pacis quiescunt.
Homo qui necdum in se
perfecte mortuus est cito
repeatur et vincatur in
pulis et vilibus rebus.
Inferius in spiritu et quodam-
modo adhuc carnalis ad
sensibilia inclinatus diffi-
culter se potest a terrenis

Desiderijs ex toto ab-
strahere. Et ideo sepe
habet tristitiam cum se se-
trahit: leuiter eam de-
dignatur si quis ei re-
sistat. Si autem persecutus
fuerit quod concupiscat
statim ex reatu conscientie
grauatur: quia secu-
tus est passionem suam:
que passio nichil ui-
uat ad pacem quam
quesiuit. Resistendo
igitur passionibus inue-
nitur vera pax cor-
dis: non autem seruien-
do eis. Non est ergo
pax in corde hominis car-
nalis non in homine
exterioribus dedito: sed
in feruido spiritualiter.

**De vana spe et e-
lectione fugienda. vii**

Quius est qui spe-
suam ponit in
hominibus aut in cre-
aturis: Non pude-
at se alijs seruire
amore ihesu christi: et
pauperem in hoc
seculo videri. Non
scies super teipsum: sed
in deo spem tuam

constitue fac quod i
te est: et deus adere
bone voluntati tue.
Non confidas i tua
saencia uel cuiusq;
astucia uiuentis: sed
magis in dei gracia:
qui huiles adiuuat.
et de se psumentes
huiliat. Ne gloriaris
in diuitis si assit n
i amas quia poten
tes sunt: sed in deo
qui oia prestat. et se
ipm sup oia dare de
siderat. Non te extol
las de magnitudine
uel pulchritudine
corporis: que modica
ifirmitate corrupit
et defedatur. Non
placeas tibi ipi de a
bilitate aut ingenio
tuo. ne displiceas do:
cuis est totu quid
quid boni natura
liter habueris. Non
te reputes alis me
liorem. ne forte cora
deo deterior habea
ris: qui scit quid est
in homine. Non su
perbias de operib9

bonis. quia aliter sunt
iudicia dei q; hominu.
cui sepe displicet quod
hoib9 placet. Si aliqd
boni habueris. crede de
alys meliora: ut huili
tatem conserues. Non
nocet si te oibus suppo
nas: nocet aute pluri
mu si te uel vnu pponas.
Iugis par cu huili: i cor
de aut superbi zelus z
idignatio frequens.

**De cauenda nimia fa
militate Capitulum vj**

Non oi hoī reueles
cor tuū sed ai sapi
ente et timente deū age
causam tuam. Cū iuue
nibus: et extraneis rar9
esco. Cū diuitib9 noli blā
diri: et corā magnatis
nou libenter appareas.
Cū huilib9 et simplicib9
ai deuotis et morigera
tis sociare: et que edifica
tionis sūt pertracta.
Non sis familiaris acui
mulieri sed in coi omīs
bonas mulieres deo omē
da. Noli deo et angelis
eius opta familiaris
esse et hominū noticia

deuota. Caritas habēda
ē ad oēs: sed familiaritas
non expedit. Quādoq;
accidit ut psona ignota
ex bona fama luceat:
cuius tamē pñcia oculos
intuentium offuscet. Pu-
tamus aliqui alijs placē
ex cōuictione nrā: z iā
pimis magis displicere
ex morū iprobitate in
nobis osiderata

**De obedientia in sub-
iectione Capitulum nouū**

Auide magnū ē in
obediencia stare:
sub plato uiuere. et sui-
uris non esse. Multo
tucius est stare ī subiec-
tione q̄ ī placōe seu
regimine. Multi sūt s̄b
obediencia magis ex ne-
cessitate q̄ ex caritate:
et illi penā habēt et
seuiter murmurant.
Nec libertatē mentis
acquirent: nisi ex toto
corde prop̄ deū se sub-
iciant. Curre hic uel ibi:
nō inuenies quietē nisi
ī hūili subiectione sub
plati regimine. Imagi-

natio locorū et muta-
tio multos fefellit.
Verū est q̄ unusquisq;
q̄ libenter agit pro
sensu: et inclinatur ad
eos magis qui secū
sentiant. Si deus est
inter nos nāc et ut
relinquamus eam
quāq; nem sentire p̄
bonū pacis. Quis
est ita sapiens qui
oīa plene scire p̄t?
Ergo noli nīs in sen-
su tuo confidē: sed ve-
lis uelis eā libeter
aliorū sensū audire.
Si bonū est tuū sen-
tire et hoc ipm̄ p̄ter
deū dicitis et alii se-
queris: erunde magis
proficies. Audiuī enī
sepe: securius esse au-
dire et accipere con-
silium q̄ dare. Pot enī
contingere ut bonū
sit unus cuiusq; sen-
tire. sed nolle alijs
acquiescere cū id rō
aut causa postulat.
signū est superbie
et pertinacie. zc.

*De cauenda nimia su-
pfluitate vborū cā^mx*

Quæat tumultū
hoim quicū po-
tes Multū enī impe-
dit tractatus secula-
riū gestorū: etiā si si-
plicitate itencione pro-
fiantur. Cito enī in-
quiam vāitate et
captiuamur. Velle
me pluries tacuisse:
et iter hoies nō fuisse.
Quare tā libeter lo-
quimur et iuice famu-
lamur cū tñ raro sine
lesione q̄sae ad silē-
ciū redimur. Ideo tā
libentē loquimur quia
per mutuas locuti-
ones ad iuicē q̄solai-
q̄rimur et cor diuisis
cogitacioib9 fatiga-
tū optam9 releuāe.
Et multū libet de
hys que multū dili-
gim9 uel cupimus:
uel que nobis cōt-
ra sentim9 libet lo-
qui et cogitare. Sed
proch dolor sepe ia-
niter et frustra. Nā
hec exterior cōsola-
tio: interioris et dīne
consolatiois nō mo-

diciū detrimentū ē. Ideo
vigilādū ē et orādū: ne
temp9 ociose tūseat. Si
loqui licet et expedit:
que edificabilia sūt lo-
quere. Malus vsus et
negligencia profcūs
nrī: multū facit ad i-
custodiā oris nrī. Iuuat
tñ nō parū ad profcū
spūalem. deuota spūa-
liū rerū collatio: marie
ubi pares aīo et spū
in deo sibi sociāt. *Alme.*
*De pace acq̄renda et
zelo proficiendi cā^mx*
Multam possemus
pacem habere si
non vellem9 nos cū a-
liorū dictis et factis q̄
ad nrām curā non spec-
tant occupare. Quomō
p̄t ille diu i pace manē.
qui occasiones for̄secus
querit. qui alienis ci-
uis se intermiscet. qui
parū uel raro se i iu-
secus colligit. Beati si-
plices: qm̄ multā pace
habebūt. Quare quidā
scōrū tā p̄fecti et contē-
platiui fuerūt. Etā oī-
no seipos mortificare

ab oibus terreis deside-
rys studuerunt: et ideo
totis medullis cordis
deo iherere ac libere si-
bi vacare potuerunt.
Nos nimium occupamur
aprijs passionibus: et de
transitorijs nimis solli-
citamur. **L**aro etiam unum
viciu[m] perfecte vicium. et
ad cotidianu[m] profanu[m] no[n]
accedimur. id frigidum et
tepidum remanemus. **S**i
etiam nobis ipsis profice
mortui et iterum nunc
implicati. tunc possemus
etiam divina sapere: et de
celesti contemplatione aliquid
expiri. **T**otum et maxime
impedimentum est quod non
sumus a passionibus et con-
cupiscentijs liberi: nec
per sanctam sanctorum viam
conamur ingredi. **Q**uando
etiam modicum aduersitatis
occurrit nobis cito deicimur
et ad humanas consola-
tiones conuertimur. **S**i ni-
teremur sicut viri fortes
stare in primo: profecto auxi-
lium domini super nos videmus
de celo. **I**pe enim certan-
tes et de sua gratia spera-

tes parati sunt adiuuare:
qui nobis certandi occa-
siones procurat ut vi-
cimus. **S**i tantum in istis
exterioribus obseruationibus
profanu[m] religionis poi-
mus: cito finem habebit
deuotio nostra. **S**i ad ra-
dicem securi ponamus:
ut purgata a passio-
nibus pacifica mentem
possideamus. **S**i omni-
ano unum vicium exstir-
paremus: cito viri per-
fici efficeremur. **S**i modo
e contrario sepe sentimus
ut meliores et purio-
res in uicio conuersionis
nos fuisse inueniamus
quod post multos annos
professionis feruor ac
profanu[m] nunc cotidie de-
beret crescere: sed nunc
pro magno videtur: si
quis primi feruoris parte
posset retinere. **S**i mo-
dicam violentiam facimus
in principio tunc postea
cuncta possemus facere
cum leuitate et gaudio.
Graue est assuetum di-
mittere: sed grauius
est contra propriam voluntate[m]

in hoc si no[n]
ut et leuia: s
alio difficil
que in pncipi
sue et mal
consequend
sue parlati
et redunt
et si ad
viciu[m] pa
tana facere
si habendo:
liberare esse
tamen profec
relectare ad
in Capitulo
Dnu[m] n
By nigr
aliquas gra
in oratione
sepe hie: a
uerat: quat
tulo esse de
et spe sua
re inudi po
na e q[ui] par
dectores et
in imperfe
sua: etia
quid et ter
in sepe mu
liberare: et
p[er] nos

ire. Sed si nō vias p
ua et leuia: qñ supe
rabis difficiliora: Re
siste i principio ieliā
ōi tue et malā dedis
te consuetudinē: ne
forte paulatī ad ma
iore te ducat difficul
tate. O si adūterēs
quā tibi pacē et alijs
leticiā faceres teipm
bñ habendo: puto q
solicitor es ad spū
alem profectū.

**De
utilitate aduersita
tis Capitula xij**

Bonū nobis est
q̄ aiqñ habem⁹
aliquas grauitates
et gtrarietates: quia
sepe hoīez ad cor re
uocat. quaten⁹ se i
exilio esse agnoscat.
nec spē suam i aiqñ
re mudi ponat. Bo
nū ē q̄ paciam⁹ qñq;
ōdictores et q̄ male
et imperfrē de nobis
senaat: etiā si bene
agim⁹ et itendum⁹. It
ta sepe iuuant ad
hūilitatē: et a vana
gloria nos defendūt

Tunc enī melius iteriore
teste deū querim⁹ qñ fo
ris vilipēdim⁹ ab hoīb⁹:
et nō bñ nobis creditur.
Ideo deber; se homo i deo
totalitē firmare: ut non
esset ei necē multas con
solacioēs q̄rere. **Quādo**
homo bone volūtatib⁹ tra
bulatur uel tēptat⁹ a ma
lis cogitacioib⁹ affligit⁹
tūc deū sibi magis ne
cessariū itelligit sine quo
nichil boī se posse dep
hendit. Tūc etiā t̄statur:
gemit et orat pro mise
rys quas patit. Tūc tēd;
cū diucius viuere. mor
tē optat viuere: ut pos
sit dissolui et esse cū xpō.
Tūc etiā bene aduertit:
p̄fctā securitatē et plenā
pacē i mūdo nō posse
constare. **De tēptacioi
bus i-sistendis Ca^m xij**

Quam diu i mūdo
vuiuimus: sine tri
bulacioē et tēptacione eē
non possumus. Unde i
iob scriptū est. Tēptacio
ē vita hūana sup terrā.
Ideo vnusquisq; sollicitus
esse deberet circa tēpta

aciones suas. et vigilare
i orōibus ne diabolus
iuenerit locū deapiēdi:
qm̄ nūq̄ dormitat sed
arcuit querens quē de
uoret. Nemo tā perfāsus
ē et sanctus. qui non ha
beat tēptaciones aīquū:
et plene eis carere non
possumus. **D**ūt tū tēpta
ciones hōi sepe valde
vtilēs. licet moleste sint
et graues: quia i illis
homo huīliat̄ et purga
t̄ et erudit̄. **D**ēs facti p
multas tribulaciones
et tēptaciones trāsiert
et profecerūt. **E**t qui be
ne tēptaciones susta
nere nequerūt reprobi
facti sunt et defecerūt.
Non ē aliquis ordo tā
sactus nec locū tā secretus:
ubi nō sunt tēptacio
nes uel adūsitates. **N**ō
est homo securus a tēp
tacioibus totaliter q̄
qui vixerit. quia i nob
ē unde tēptam̄ et quo
i aīpiscencia nati su
mus. **O**na tēptacioē
seu t̄bulacione recedē
te alia supuenit. et sp

aliquid ad paciendū
habemus. nam bonū
felicitatis nr̄e pdidi
mus. **M**ulti querūt
tēptaciones fugere:
et grauis i cadunt i
eas. **P**er solā fugā nō
possum̄ vīcere. sed
per paciēciā et veram
huīlitate oīb̄ hosti
b̄ efficac̄ forciores.
Qui t̄mō extēius
declinat. nec radicem
euellit parū proficiet.
imo aīq̄ ad eū tēpta
ciones redient et pe
rus sentiet. **M**aulati
et per paciā cū lo
ganitate deo uiuāte
melius superabis:
q̄ cū duricia et ipor
tūitate p̄pria. **B**epi
ncipe cōsiliū i tēpta
cione. et cū tēpta
to noli duriter agere:
sed consolacionē in
gere sicut tibi opta
res fieri. **I**niciū oīm
malārū tēptacionū
ē i constancia aīm̄ et
p̄ua ad deū confidē
tia. q̄: sicut nauis sū
gubnaculo hīc inde

a fluctibus impellit
 ita homo remissus
 et suū propositū de
 serens vaie tēptatur
 Ignis probat ferrū ⁊
 temptatio hoīem iustū
 Desam⁹ sepe quid pos
 sum⁹: sed temptatio
 aperit quid sum⁹. In
 glandū enī est papue
 circa uicū tēptatiois.
 quia tūc facilius hos
 tis uicatur si ostiū me
 tis nullaten⁹ intrare
 sinit⁹: sed extra limē
 statū ut pulsauerit
 illi obuiat. Vñ quid
 dixit. Principis obsta
 sero medicina parat.
 Nam quidā pmo oc
 currit menti simplex
 cogitatio deinde fortis
 ymaginatio: post ea
 delictio et motus p
 uis⁹ et assensio Sic
 q̄ paulatī ingredit⁹
 hostis malign⁹ ex to
 to: dū illi non re
 sistit⁹ i pncipio Et
 quāto diu⁹ ad re
 sistendū quis torpu
 erit. tanto i se debi
 lior cotidie fit: et hos

tis cont⁹ eū potencior.
 Quidā i pncipio couer
 siois sue grauiores tēp
 tationes paciūt⁹: quidā
 autē i fine. Quidā uero
 quasi per totā uita sua
 male habent. nō nulli
 satis leuiter tēptat⁹: se
 cū dū diuine ordinationis
 sapiāz et equitacē qui
 statū et merita hoīm
 pensat: et cūcta ad elcō
 rū suorū salutē pordiat.
 Ideo non debemus des
 perare cū tēptam⁹: sed
 feruētius deū exorare:
 quaten⁹ dignet⁹ i oī t
 bulacione nos adiu
 uare: qui utiq̄ sedm
 dictū sancti pauli ta
 lem faciet cū tēptati
 one prouentū: ut pos
 sumus sustinere. Inū
 liem⁹ ergo aīas nrās
 sub manu dei i oī tēp
 tatioē ⁊ tbulacione:
 quia huītes spū saluab⁹
 et exaltabit In tēpta
 tionib⁹ et tbulacioi
 bus probat⁹ homo q̄
 tū profecit et ibi ma
 ius meritū existat: et
 uictus meli⁹ patefacit.

Nec magnū ē si homo
deuotus sit et feruidus
cū grauitatē non sen-
tit sed si tpe adūsita-
tis patienter se sustin-
at spes magni profectus e-
rit. Quidā a magnis
tēptacionibus custodiu-
t̄ et i paruis cotidianis
sepe viciūt ut hūilia-
ta nūq̄ de seipis mag-
nis confidant: qui ta-
modias infirmāt. *De*

temerario iudicio vita
do Capitulum xiiii :

Ad teipm̄ oculos
reflece: et alio-
rū facta caueas iudi-
care. In iudicando a-
lios homo frustra la-
borat sepius errat et
peccat: seipm̄ vero iu-
dicando et discutiendo
semp̄ fructuose labo-
rat. Sicut nobis res
cordi ē sic de ea frequē-
ter iudicam̄. Nam
verū iudiciū p̄pter p̄-
uatiū amorē facilliter
perdim̄. Si deus sem-
per esset pura ientio
nr̄i desiderij nō tam
faciliter turbarem̄ p̄

resistencia sensus
nr̄i. Si sepe aliqd
ab intra latet uel
ecia ab extra patet.
quod nos ecia pari-
ter trahit. Multi oc-
culte seipos querūt
i rebus quas agūt
et nesciūt. Vident
ecia i bona pace sta-
re: qm̄ res pro eorū
velle fuit et sentire.
Si aut̄ aliter fit q̄
cupiūt: cito mouen-
tur et t̄stes fuit. p̄-
opter diuinitatē sen-
suū et opinionū sa-
tis frequē ozūt
dissensiones iter ai-
cos et aues. inter
religiosos et deuotos.
Nūqua consuetu-
do difficulter relin-
quit̄: et ultra pro-
pui videre nemo
libenter duatur. Si
racioni tue magis i-
niteris ul̄ idustrie.
q̄ vti subiectiue
ihū xpi. raro et tar-
de eris homo illi
natus: q̄ deus vult
nos sibi perfēre sbici

et oem ratione per
inflamatu amore tns
tendere **De opibz
et caritate facis Cam xv**

Pro nulla re mu-
di et pro nullius
hois dilcoe aliquod
malu est faciendu:
sed pro utilitate in-
digentis opus bonu
aiqn iermitte du e:
aut eia pro melio-
ri mutandu **Hoc**
eni factu opus bo-
non destruit sed i
melius comuta **Si**
ne caritate opus
externu nichil pro-
dese. et quidqd aut
ex caritate agitur:
qntuq; eam p-
uu sic et respectum
totu efficitur fruc-
tuosu **Magis** si qui-
dem deus pensat
ex qnto quis agit:
q qntu facit **Nul-**
tu facit: qui multu
diligit. **Nulcu** facit:
qui rem bn facit.
Bene facit: qui ma-
gis communica q
sue volutati seruit

Depe videtur ee caritas
et est magis carnaliter
quia nalis idmatio p-
pria volutatis. spes re-
ebucionis affectus como-
ditatis raro abesse vo-
lunt **Qui** vera et pfa
caritatem habet i nul-
la re seipm querit. sed
dei solimo gloria i oi-
bus fieri desiderat **Nul-**
li eia iudet. quia nul-
lu puatu gaudiu amat.
nec i seipo vult gaude-
re: sed i deo sup oia bo-
optat beatificari **Ne-**
mini ai quid boni at-
buit sed totaliter ad dm
refert a quo fontaliter
oia procedut i quo fia-
lit oes sa fruibilit qui-
escit **Q**ui sintilla ha-
beret vere caritatis p-
fecto oia terrena senti-
ret plena fore vaitatis

**De sufferencia defectu
um aliozum Cam xvi**

Quod homo i se uel
i aliis emedare
no valet: debet paci-
enter sustinere donec
deus aliter ordinet
Cogita quia sic forte

melius est pro tua
probatione et paciã:
sine qua non sũt ml-
tũ ponderanda meri-
ta nr̃a. **D**ebes tñ pro
talib⁹ impedimentis
supplicare ut deus ti-
bi dignet⁹ subuenire
ut possis benigne por-
tare. **S**i quis semel a-
bis amonitus non ac-
quiescat. noli cū eo cõ-
tendere: sed totũ deo
omitte ut fiat volũ-
tas eius ⁊ honor in
oibus seruis suis. q̃
fac bene mala in bo-
nũ cõuertere. **S**tude
paciens esse i tolerã-
do aliorũ defectus et q̃
lesãq; defectus: quia
et tu multa habes q̃
ab alijs oportet tole-
rari. **S**i non potes te
tale facere qualem
vis. quo poteris aliũ
habere ad tuũ bñpla-
ciũ. **L**ibent⁹ habem⁹
alios p̃fectos: sed tamẽ
proprios non emen-
damus defectus. **V**o-
lum⁹ q̃ alij stricte cor-
rigant⁹: et ipi corri-

gi nolumus. **D**is-
plicet larga aliorũ
licetia: et tamen no-
lumus negari qd̃
petimus. **A**lios re-
stringi per statuta
volumus: et ipi nũ-
latenus paciã a-
plius cõhiberi. **S**ic
ergo p̃ q̃ raro pror-
umũ sicut nosipos
pensamus. **S**i esset
oēs p̃fecti: quid tũc
haberem⁹ ab alijs
pro deo paciã. **N**ac
aut⁹ deus sic ordiã-
uit. ut discamus
alter alterius one-
ra portare. quia ne-
mo sine defai. nemo
sine onere. nemo
sibi sufficiens. nec
sibi satis sapiens.
sed oportet nos iui-
ce portare. iuicem
consolari: pariter
adiuare iustruere.
et admouere. **C**ua-
te aut⁹ virtutis quis
q̃ fuerit: melius pa-
tet occasione adu-
sicitatis. **O**ccasione
namq; hominem

fragilem non faciunt: sed qualis sit ostendunt

*De monastica vita
Capitulum xvij*

Oportet q̄ discas
cep̄m̄ i multis
frangere: si vis pa-
cem et concordiam
cum alijs tenere. Nō
est parvū in monas-
terio ul' i congrega-
one habitare. et ubi
sine querela quer-
sari et usq; ad mor-
tem fidelis psevera-
re. **B**eatus qui ibide
bene vixit: et felicit̄
consumavit. **S**i vis de-
bitē stare et proficere:
teneas te t̄q; ceulē
peregrinū sup̄ terram.
Oportet te stultū fie-
ri p̄pter xp̄m: si vis
religiosa ducere vitam.
Habitus et consura
modicū conferūt:
sed mutatio morū.
et integra mortifica-
tio passionū verū
faciūt religiosū. **E**t
aliud querit q̄ pure
deum et aīe sue salu-

te: nō iuveniet nisi tribu-
lacionē et dolore. **N**ō
pt̄ etiā diu stare paci-
ficus: qui non esse nitit̄
m̄nus et oibus sub-
iecto. **A**d seruendū ve-
nisti. non ad regendū.
Ad paciendū et labora-
dū scias te vocatū: nō
ad oīandū ul' ad fabu-
landū. **H**ic ergo proba-
tur hoies: sicut aurū
i fornace. **H**ic nemo pt̄
stare: nisi ex toto corde
se voluerit propter d̄m
hūiliare. *De exemplis*

p̄m Capitulum xvij

Intuere scōrū p̄m
vniūda exempla
i quibus vera perfectio
refulsit. et videbis q̄
modicū sit et pene nich-
il quod nos agimus. **N**eu-
quid est vita nra. si illis
fuerit comparat̄. **B**anc
ta et aīa xp̄i. d̄nō serue-
rūt i fame et siti. i frigo-
re et nuditate. i labore
et fatigacione. i vigilijs
et ieiunijs. i orōibus et
sanctis meditacionib;.
in persecucionib; et ob-
probrijs multis. **Q**uod

multas et graues tribu-
laciones passi sunt apof-
toli. martires. confes-
sores. uirgines: et reliq[ue]
omnes qui xpi uestigia
uoluerunt sequi. Nam
aias suas in hoc mundo
oderunt: ut in eterna ui-
tam eas possident. **Q**ui
strictam et abdicatam
uicam sancti pres in he-
remo dixerunt. qui lon-
gas temptationes p[er]u-
lerunt. qui frequenter
ab inimico uerati sunt.
qui crebras et feruidas
orationes deo obtule-
runt: qui rigidas absta-
nencias pegerunt. **E**t
magnum zelum et feruo-
rem ad spiritualem profec-
tum habuerunt. qui for-
te bellum aduersus edo-
mationem uiciorum ges-
serunt: qui puram et
rectam intencionem
ad deum tenuerunt. Per
diem laborabant. et
noctibus oratione diuine
uacabant: qui labora-
re ab oratione menta-
li minime cessarent.
Omne tempus ualide

expendebant. ois ho-
ra ad uacandum deo
breuis uidebatur. et
p[er]ie magna dulcedine
contemplationis: etiam
obliuioni tradebatur
necessitas corporalis
refectionis. **O**mnibus
diuicias dignitatibus
honoribus. amicis et
cognatis renuncia-
bant: nil de mundo
habere cupiebant.
ux necessaria uice
sumebant: corpori
seruire etiam in ne-
cessitate dolebant.
pauperes igitur erat
rebus terrenis. sed
diuites ualde in gra-
tia et uirtutibus.
Fors egebant. sed
intus gratia et con-
solacione diuina re-
ficebantur. **M**uldo
erant alieni: sed deo
proximi. ac famili-
ares amici. **B**is uis
uidebant: etiam nichil
et huic mundo des-
pecti: sed erant in
oculis dei preciosi
et electi. **I**n uera

humilitate scabant. in
 simplici obedientia
 vivebant. in carita-
 te et pacencia abula-
 bant: ideo cotidie in
 spiritu proficiebant. et mig-
 nant apud deum gratiam ob-
 tinebant. **D**ati sunt in
 exemplum omnibus reli-
 giosis. et plus pro-
 uocare nos debent
 ad bene proficiendum.
 quam tepidorum numerus
 ad relaxandum. **Q**uoniam
 cuius feruor omnium reli-
 giosorum in principio
 sue sancte institutionis
 fuit: **Q**uoniam quanta de-
 uotio orationis. quanta e-
 mulatio virtutis.
 quam magna disciplina
 viguit. quanta reueren-
 tia et obedientia sub
 regula in omnibus efflo-
 ruit. **T**estantur ad-
 huc vestigia derelic-
 ta. quam vere viri sancti
 et perfecti fuerunt.
 qui tam strenue
 milites. mundum
 suppedicauerunt.
Iam magnus putat.
 si quis transgressor

non fuerit. si quis quod ac-
 cepit cum pacencia to-
 lerare potuerit. **O**ch-
 teporis et negligencie sta-
 tus nisi quod tamen cito decli-
 namus a pristino feruore.
 et iam tedet vivere in
 lassitudine et tepore.
Vtinam in te penitus non
 dormitet profectus vir-
 tutum. qui multa sepius
 exempla vidisti de loto-
 rum Amey. **D**e **g**ratias
boni religiosi. Cam rex
Uta boni religiosi
 virtutibus pollere debet ut sic
 talis iterum qualis vi-
 detur hominibus exterius.
Et merito plus debet esse
 intus quam quod cernitur foris.
 quia inspector noster est
 deus. quem summe reuere-
 ri debemus ubiqueque fue-
 rimus et tamquam angeli in
 conspectu eius mundi iterum.
Qui die renouare debemus
 propositum nostrum et ad fer-
 uorem nos excitare
 quasi hodie primum ad
 conversionem venissemus.
 atque dicere **I**diuina me
 digne deus in bono proposito.

et sancto sermone tuo.
et da michi nunc hodie
perfecte incipere quia michi
est quod habent feci.
Secundum propositum nostrum
causis profectus nostri et
multa diligentia opus
est bene proficere volen-
ti. Quod si fortiter pro-
ponens sepe deficiat. quod
ille qui raro aut mi-
nus sepe aliquid pro-
ponit. **H**abens tamen mo-
dis contingit defecio
propositi nostri: et leuis omis-
sio exerationum. vix sine
aliquo dispendio tran-
sit **I**ustorum propositum
in gratia dei potius quam in
propria sapientia pendit:
in quo et semper consistit
quidam arripunt. **N**am
homo proponit sed deus
disponit: nec est in homine
via eius. **S**i pietatis
causa aut fraternae va-
litas proposito. quicquid con-
suetudine omittitur exera-
cium: facile postea po-
terit recuperari. **S**i autem
tedio animi aut negli-
gentia facilius relinqui-
tur. satis culpabile est.

et nocturnum sentietur.
Conemur quantum pos-
sumus adhuc leuiter
deficimus in multis
Semper tamen aliquid
certi proponendum est
et contra illa propae
que amplius nos im-
pediunt. **E**xteriora
nostra et interiora propter
scrutanda et ordina-
da sunt nobis. quia
utraq; expedit ad
profectum. **S**i non con-
tinue te vales collige
saltem interdum et ad mi-
nus semel in die: ma-
ne videlicet aut ves-
pere. **M**ane propone
vespere discute mo-
res tuos qualis ho-
die fuisti in verbo
opere et cogitatione:
quia in his sepius
forsan deum offendis
et proximum. **A**d-
mone te sicut vir contra
dyabolice nequitias:
frena gula et
oem carnis inclina-
tionem facilius feceris
nabis. **Q**uicquid sis ex to-
to otiosus. sed aut

legens. aut scribens.
 aut orans aut medi-
 tans. aut aliquid v-
 oluntatis pro cor la-
 borans. Corporalia
 tñ ex acta discreta
 sunt agenda: nec
 oibus equaliter
 assumenda. Que
 communia non sūt.
 non sūt foris osten-
 denda: nam i secre-
 to tua exercetur p-
 uata. **C**auendum
 tñ est ne impiger sis
 ad coia. et ad singu-
 laria promptior. s;.
 expleas integre et
 fideliter debitas et
 inuictas: si iā ultra
 vacat. redde te tibi
 pro ut deuotio tua
 desiderat. Non pos-
 sunt omīs habere
 vñū exercitiū. sed
 aliud isti aliud illi
 magis deseruit. Et iā
 pro tēporis congru-
 entia diuersa pla-
 cent exercitia: quia
 alia in festis. alia
 feriatis. magis sa-
 pient dieb;. **I**llis

indigem⁹ tpe tēptatiois:
 et alijs tempore pacis
 et quietis. **I**llia cū esta-
 mur libet cogitare: et a-
 lia cū lecti in domino
 fuerimus. **C**ū principa-
 lia festa renouanda
 sūt bona exercitia et
 scorum suffragia fer-
 uentius imploranda.
De festo i festū propo-
 nere debem⁹ quasi tuc
 de seculo migraturi et
 ad eternū festū peruen-
 turi. **I**deo q; solliciti nos
 parare debemus i deu-
 otis tēpibus et deuotius
 querere atq; oem ob-
 seruanciam seruetius
 custodire: tamq; in bre-
 ui premiū laboris nri
 a deo recepturi. **E**t si di-
 latū fuerit credamus
 nos minus bñ prepa-
 ratos. atq; indignos
 tante adhuc glorie que
 reuelabitur in nobis
 tempore prefinito: et
 studeamus nos meli⁹
 qd exitū preparare.
Beatus seruus aut ewa-
 gelista lucas: quem cū
 venerit domin⁹ inene-

erit vigilantem. Amen
dico vobis super
omnia bona sua con-
statuet eum. *De amore
solitudinis et silentii* **xx**
Quere aptum tempus
vacandi tibi: et de
beneficiis dei frequenter
cogita. Relinque curio-
sa: tales plege materi-
as: que opunctionem
magis prestant quam oc-
cupationem. Si te sub-
traxeris a superfluis lo-
cutionibus et otiosis
circulationibus: nec non
a nouitatibus et rumo-
ribus audiendis: uen-
ies tempus sufficiens
et aptum pro bonis me-
ditationibus insisten-
dis. **M**aximi sanctorum
humana consortia ubi
poterant vitabant:
et deo in secreto uiue-
re eligebant. dixit quidam
Quociens inter
hoies fui. minor ho-
redy. **H**oc sepius exp-
runtur: quia diu confa-
bulam. Facilius est
otio tacere: quam verbo
non excedere. Facilius

est domi latere: quam
foris se posse suffi-
cienter custodire.
Qui igitur intendit
ad interiora et spua-
lia puenire: oportet
eum cum ihu a tur-
ba declinare. **N**e-
mo secrete apparet
nisi qui libenter la-
tet. **N**emo secrete lo-
quitur nisi qui libe-
ter tacet. **N**emo se-
crete preest. nisi qui
libenter subest. **N**emo
secrete papit nisi qui
obedire didicit. **N**e-
mo secrete gaudet:
nisi qui bone con-
scientie in se testi-
monium habet. **S**ed
tamen sanctorum se-
cretitas plena glo-
ris dei extitit nec
comuni sollicitati
et humiles in se fu-
erunt: quia mag-
nis virtutibus et
gratia emicauerunt.
prauorum autem secu-
ritas ex superbia et
presumptione oritur:
et in fine in decepta

onem sui vertitur.
Cumque promittas tibi
 securitatem in hac
 vita. quantumvis bo-
 nus videaris cenobi-
 ta. aut deuotus here-
 mita. **D**epe meliores
 in estimatione hominum
 grauius periclitati
 sunt propter suam ni-
 miam confidentiam.
Unde multum utili-
 us est ut non peni-
 tus temptationibus
 careant. sed sepius
 impugnentur: ne ni-
 mium securi sint.
 ne forte in superbia
 eleuentur: ne etiam
 ad exterioribus conso-
 lationes licentius
 declinent. **Q**ui nu-
 quam transitoriam leti-
 tiam quereret. qui nu-
 quam cum mundo se oc-
 cuparet: quam bonam
 conscientiam seruar.
Qui omnem vanam
 sollicitudinem ampu-
 taret et diuinarum
 salutarium ac diu-
 inam cogitaret. et to-
 tam spem suam in
 deo constitueret. quam

magnam pacem et quietem
 possideret. **N**emo dignus
 est celesti consolatione:
 nisi diligenter se exer-
 cuerit in sancta con-
 punctione. **I**bi vis corde
 tinus compungi in tra-
 cubile tuum et excede
 tumultus mundi. sicut
 scriptum est. **I**n cubilibus
 vis compungimini. **I**n
 cella iuenies quod de-
 foris sepius amittes. **C**el-
 la continuata dulcescit
 et male custodia tedui
 generat. **I**n principio
 conuersionis tue bene-
 eam incolueris et cus-
 todieris erit tibi postea
 dilecta amica et gratif-
 simum solacium. **I**n silen-
 tium et quiete proficiat a-
 nima deuota. et disat
 abscondita scriptura-
 rum. ibi inuenit flue-
 ta lacrimarum. quibus
 singulis noctibus se la-
 uet et mundet: ut odi-
 torum suo tanto famili-
 or fiat. quanto longius
 ab omni seculari tumultu
 degit. **Q**ui ergo se ab-
 strahit a notis et aias
 appropinquabit illi deo

cum angelis sanctis.
Melius est latere et
sui curam agere: q̄
se neglecto signa fate
te. laudabile est homi
ni religioso raro fo
ras ire fugere videri:
nolle etiam homines
videre. **Q**uid vis vi
dere. quod non licet
habere? Transit mū
dus et conaspiscen
tia eius. **T**rahunt de
sideria sensualitatis
ad spaciandum. sed
cum hora transierit
quid nisi grauitatem
conscientiæ. et cordis
dispersionem impor
tat: letus exitus tris
tem sepe reditū parit.
et leta vigilia serota
na. triste mane facit.
Sic omne carnale gau
dium blande intrat:
sed in fine mordet et
perimit. **Q**uid potes
alibi videre. quod hic
non vides: **E**cce celum
et terram et omnia
elementa. nam ex is
tis omnia sunt facta

Quid potes alibi
videre: quod dum ut
sub sole manere?
Credis te forsitan fa
ciari: sed non pote
ris perungere. **S**i
cuncta videres pre
sentia? quid esset
nisi visio vana?
Lena oculos tuos
ad deum in excelsis:
et ora pro peccatis
tuis et negligentiis
Dicte vana vāis:
tu autē intende il
lis que tibi

precipit deus. **Ala**
 de super te ostium tuum:
 et voca ad te ihesum
 dilectum tuum. **M**ane autem
 eo in cella: quia non uenies
 alibi tanta pace
 re. **S**i non erisses nec
 quid quid de tumultu
 ribus audisses: melius
 in bona pace permanis-
 sisses. **E**x quo noua
 aliqui delectant au-
 dire: oportet eundem
 turbationem cordis
 tolerare. **De compuncti-**
one cordis. Cap. xxi.
Si vis aliquid
 proficere consue-
 ua te in timore dei et
 noli esse nimis li-
 ber sed sub discipli-
 na cohibe oculos ser-
 uos tuos: ne incepte
 te tradas leticie. **D**a-
 te ad cordis compunc-
 tionem: et inuenies
 deuotionem. **C**ompunc-
 tio multa bona ap-
 petit: que dissolutio
 cito perdere consue-
 uit. **M**irum est quod ho-
 mo potest unquam per-
 fecte in hac uita leta-

ri qui suum exitum et tam
 multa pericula anime sue
 considerant et pensant. **P**
 ter leuitatem cordis et neg-
 ligentiam defectum nostrum
 non sentimus anime nostre dolo-
 res? sed sepe uane ride-
 mus quando merito fle-
 re deberemus. **N**on est ue-
 ra libertas nec bona le-
 titia nisi in timore dei cum
 bona conscientia. **F**elix qui
 abicere potest omne im-
 pedimentum distractionis
 et ad unionem se redige-
 re sancte compunctionis. **F**elix
 qui a se abdicat quidquam
 conscientiam suam maculare
 potest uel ignare. **C**erta uni-
 liter consuetudo consue-
 tudine vincitur. **S**i tu
 scias homines dimittere.
Ipsi bene te dimittent tua
 facta facere. **N**on attra-
 has tibi res aliorum nec
 te implicis causis ma-
 iorum habe semper oculum
 super te primum et admo-
 neas te ipsum specialiter pro
 omnibus tibi dilectis. **S**i non
 habes fauorem hominum
 noli exinde tristiari sed

hoc sic tibi graue: quia nō
habes te satis bene et cir-
cūspecte sicut deceret dei f-
uū et deuotū religiosū cō-
uersari. **Valius** est sepe
et securius q̄ homo nō
habeat multas consola-
tiones in hac vita: scdm
carnē precipue. **Tamen**
q̄ dīnas non habemus
aut rarus sentim⁹ nos
in culpa sumus q̄ con-
pūctionē cordis nō que-
rimus: nec vanas et ex-
ternas omnino abiciam⁹.
Cognosce te indignū dīna
consolatioe: sed magis
dignū multa tribulatioe.
Quando homo profectus
est compūctus: tūc gra-
uis et amarus est ei to-
tus mūdus. **Bonus** hō
sufficiētē inuenit mate-
riam dolendi et flendi.
Sive em̄ se considerat sū-
de proximo pensat: scit
quia nemo sine tribula-
tione hic uiuit. **Et** q̄nto
strictius se se considerat
tanto amplius dolet. **Ma-**
terie doloris et interne
compūctionis sūt pccā
et uicia nra? quibus ī-
uoluta iacem⁹: ut raro

celestia contēplari ua-
leamus. **Si** frequētius
de morte tua q̄ de lon-
gitudine uite tue cogi-
tares: non dubiū quin
seruētius te emenda-
res. **Si** etiā futuram in-
ferni sive purgatorij
penas cordialiter per-
penderes? credo q̄ libe-
ter et laborē et dolorē
sustineres et nihil rigo-
ris formidares. **Sed** q̄
ad cor ista non tran-
seunt et blādimentā ad-
huc amam⁹: ideo fru-
gidi et valde pigri re-
manem⁹. **Sepe** est in-
opia spūs: vnde tam-
leuiter conqueritur mi-
serū corpus. **Vra** igit̄
huūliter ad dnm̄ ut det
tibi opūctionis spm̄
et dic aū ppheta. **Tiba-**
me dñe p̄te lacma-
rū: et potū da michi
in lacrimis in mensura.
De *fidē hūane misse*
Ca. xxii **M**iser es ubiq̄
fueris et quocūq̄
te uertaris: nisi ad deū
te conuertas. **Quid** tur-
baris? quia nō suadē

tibi sicut vis et deside-
 ras. **D**ivus est qui ha-
 bet omnia secundum suam vo-
 luntatem. **N**ec ego nec
 tu nec aliquis hominum
 super terram. **N**emo est
 in mundo sine aliqua
 tribulatione vel angustia:
 quibus res sit vel papa.
Divus est qui melius
 habet. **U**tique qui pro
 deo aliquid pati valet.
 dicunt multa imbecilles
 et infirmi. **E**cce quod bo-
 na vita ille homo
 habet quod dives quod mag-
 nus quod potens et ex-
 celsus. **S**ed attende ad
 celestia bona: et vide-
 bis quod omnia ista tempo-
 ralia nulla: sed val-
 de incerta et magis
 gravantia: quia nun-
 quam sine sollicitudine
 et timore possidentur.
Non est hominis felicitas
 habere temporalia ad ha-
 bitandam: sed sufficit
 ei mediocritas. **V**ere
 miseria est vivere super
 terram. **Q**uanto ho-
 mo voluerit spirituali-
 or: tanto prius vita fiet
 ei amarior: quia sen-

tit melius et videt clario-
 rum humane correptionis defec-
 tus. **N**am comedere bibere
 vigilare dormire quiescere
 et laborare et ceteris natura-
 libus nature subiactere
 vere magna miseria est
 et afflictio homini devoto:
 qui libenter esset absolu-
 tus et liber ab omni patio.
Valde enim gravatur interior
 homo naturalibus corporalibus
 in hoc mundo. **U**nde propheta
 devote rogat quatenus li-
 ber ab istis esse valeat di-
 cens. **D**e naturalibus meis
 erue me domine. **S**ed ve-
 non cognoscentibus suam
 miseria: et amplius ve-
 illis qui diligunt hanc
 miseria et corruptibilem
 vitam. **N**am in tantum qui-
 dam hanc amplectuntur
 licet etiam vi naturalibus labo-
 rando aut mendicando
 habeant: ut si possent
 hic semper vivere de
 regno dei nihil curaret
Quoniam infam et infideles
 corde: qui tam profun-
 de in terrenis iacent: ut
 nihil nisi carnalia sapiant.
Sed miseri adhuc in fine
 graviter sentiant: quod vile

et nichilū erat quod a
mauerunt **S**ancti enī
dei et oēs deuoti amia
xpi non attenderūt que
carni placuerūt. nec q̄
in hoc tempore florue
rūt sed tota spes eorū
et intentio ad eterna bo
na anhelabat. **F**erebat
totū desiderū iporū ad
mansura et inuisibilia:
ne amore visibilū trabe
rent ad infima. **N**oli
friger amittere confidē
tia proficiendi ad spū
alia: adhuc habes tem
pus et hora. **Q**uare
vis procrastinare pro
positū tuū? **S**urge et
in instanti incipe: et dic.
Nūc tempus est faciendi?
nūc tempus ē pugnādi:
nūc tempus aptū est emē
dandi. **Q**uando male ha
bes et tribularis: tūc tē
pus est promerendi. **S**
oportet te transire per rig
nem et aquā: anq̄ ve
nias in refrigeriū. **N**isi
tibi vin feceris: vitū
non superabis. **Q**uādiu
istud fragile corp⁹ ge
rimus. sine p̄tō ee

non possumus: nec
sine tedio et dolore
vuiere. **L**ibenter ha
beremus ab oī mise
ria quietem? sed q̄
per p̄t̄m perdūm
innocentiā: amisi
mus etiā verā beati
tudinem. **I**deo oportet
nos tenē pacienciā?
et dei expectare mi
sericordiā donec trise
at iniquitas hec. et
mortalitas absorbe
atur a vita. **Q**uāta
fragilitas huana:
que semper pronae
ad vicia. **H**odie con
fiteris p̄tā tua: et cō
iterū perpetrās cō
fessa. **N**ūc propois
cauere: et post ho
ram agis quasi nic
il proposuisses. **Q**ue
rito ergo nosipos
hūilare possumus?
nec vnq̄ aliquid nig
ni de nobis sentire:
quia tam fragiles
et instabiles sum⁹.
Quo potest etiā p̄di
per negligenciā: qd̄
multo labore virtū

dem acquisitū est per
gratia. Quid fiet de no
bis adhuc in fine qui
reperiamus tam mane?

De nobis si sic volumus
dedinare ad quietem.
quasi iam par sit et
